Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26108
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Et bestia quam erat et non est. et ipsa octaua est. et de septem est.
et in interitum uadit. Antichristus quia in fine seculi regnaturus est.
propter eiusdem quidem corporis impietatis cui caput est unitatem.
ad regnorum mundi pertinet numerum. Sed propter singularem ne
quicquam potentiam sui etiam locum proprium tenet ordine.
Et decem cornua quae uidisti. decem reges sunt. qui nondum acceperunt
regnum. Nondum regna mundi in presequendo ecclesiam sua
plene potentia demonstrarunt. quia licet nunc quoque plu
rimis dominentur. acrior tamen erit gloriationis insanae
potentia. cum etiam signis deceperint plurimos. Quida
presecutione nouissima propinquante. decem reges futu
ros quorbem inter se diuidant iuxta danielis quoque
prophetiam interpretantur qui de bestia dixerit quarta.
Et habebat cornua decem. Et ecce cornu aliud paruulum
ortum est de medio eorum. et tria de cornibus primis euul
sa sunt a facie eius. Et antichristum de babylone natum egyp
ti regem et africae et ethiopiae supaturum. quibus interfec
tis. etiam septem alii reges uictorum colla submittant.
alii autem ad puaricationem significandam. in undeno
nario numero. positum dicunt antichristum. Undecim
enim denariae perfectionis transgressionem designant.
Sed potestatem tanquam reges una hora accipient. post
bestiam. tanquam reges dicit. quia uelut insomnis
regnant. quippe regno aduersantur. Hi unum consilium
habent. et uirtutem et potestatem suam bestiae tradent.
Hi idem pari consensu. tota intentione diabolo militant.
Hoc enim per bestiam accipere regnum. diabolum imitando